



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

VI. Ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam definitivam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

nec excommunicatum posse reconvenire. *de except. c. 5. in fin.* nec criminaliter accusatum. *3. q. 11. cap. 1. & 2.* nec super appellatione conventum. *Inf. de ordin. cogn. l. 1.*  
 Haec de præparatoriis, quæ fiunt in lite contestatam.

V. De liti contestatione.

**H**ic titulus extat etiam *C. libr. 3. No.* primo, liti contestationem esse principium iudicii. *C. eod. l. 1. & D. res. rem l. 1. amplius 15.*

VI. *Ut lite non contestata non procedatur ad receptionem testium, vel ad sententiam definitivam.*

**N**ota secundo, liti contestationem esse necessariam, ut ea omissa sequenti actus non valeant. *Sup. tit. prox. l. 1. un.* inde ea omissa iudex nec probationes recipere, nec sententiam ferre debet, ut hoc ostenditur.

VII. De iuramento calumnie.

**L**ite contestata, varii actus ante sententiam definitivam interponuntur: sed tria genera referuntur. In primo genere ponitur iusjurandum calumnie: in secundum probationes: in tertio progressus adversus contumacem, vel fatentem, vel negantem.